



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XLVI. An posset sine habitu luminis gloriæ intellectus noster ad Dei
visionem moueri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

lumen intellectus agentis, & possibilis ex solo effectu distinguuntur debent: cum autem spirituale lumen illud sit quod spiritualmente aliquid illustrat: nihil aliud profecto erit, quam spiritus aliquid manifestans. Omnis enim manifestatio: per ultimum quodam est, nec alio modo intelligi potest, aut explicari genus hoc interioris illustrationis: ergo idem lumen intellectus dicitur esse agentis, quatenus cum phantasmate producit intelligibilem speciem obiecti, non quidem illustrando ipsam phantasma, id enim commentitium est, siquidem phantasma corporale est, ac proinde illustrationis spiritualis minime capax; sed ex eo quod cum phantasmate speciem intelligibilem producit, dicitur obiectum ipsam illustrare, & quodammodo manifestare, quatenus species illa manifestatio quodam obiecti est in actu primo: eo quod sit principium expressioris speciei, quae est actualis cognitio, & obiecti representatio. Haec igitur ratio dicitur intellectus agens lumen quoddam, nec aliam inuenire potui, ob quam commodius lumen appelleretur. Dicitur autem lumen etiam intellectus possibilis quatenus vi suam cum specie producit visionem, aut cognitionem obiecti, quae cum sit manifestatio illius, illustratio quoque optime dici potest.

Quomodo
intellectus
dicatur il-
lustrare
phantasmata.

Solutio pro
posita diffi-
cultatis.

Ex hacvero doctrina, quæ philosophia principis latis confectanea videtur, solutio præsentis difficultatis perspicue colligitur. Primum cum ad visionem Dei elicendam non abstrahatur species aliqua virtute intellectus agentis, sequitur nulla ratione lumen illius ad eam esse necessarium, vel aliquod conducere. Deinde cum visio iuxta verorem sententiam eliciatur ab intellectu possibili, & lumine gloriæ, sequitur lumen intellectus possibili conducere ad visionem, neque lumen gloriæ sine illo sufficiens esse ad elicendam visionem, & Deum ipsum manifestandum.

DISPUTATIO XLVI.

An possit sine habitu luminis gloriæ intellectus noster ad Dei visionem moueri.

Prior opinio Capreoli, & aliorum, cap. 1.
Verior opinio, cap. 2.

CAPVT I.

Prior opinio Capreoli, & aliorum.

Controuersia præsens non est, an intellectus creatus vi sua natus; & concursu Dei communi ipso debito care Deum valeat videre, id enim non posse fieri, disp. 41. contra Anomæos, & Durandum satis probatum manet: sed an sine habitu luminis gloriæ, peculiari Dei concursu & efficacia intellectus noster possit sufficienter iuari, vt Deum clare videat, sicut cum habitu id facere poterat. An vero sit contra Clementinam, *Ad nostrum* de hæreticis, asserere, de facto non dari habitum luminis gloriæ, sed fido auxilio peculiari intellectum nostrum adiuari, iam dictum est disp. 42.

Prima opi-
nionis pars.

2
Caprellus.

Sater.

ESTAT.

In questione igitur hic intellecta prior opinio
est, Deum non posse peculiari altiusque concurre
supplere vim, & efficacitatem luminis, ac proinde
neque sine illo intellectum nostrum ad claram sui
visionem mouere. Sic existimantur Capreolus in 4.
disput. 49. quest. 4. art. 3. ad dubia adducta ex Scoti 4. loco
contra 2. conclusionem ad 4. & in fine art. dominicus
de Soto eadem disputatione 2. artic. 4. latissime vero id
tradit Ferrariensis 3. contra gent. c. 5. §. 8. Ad quantum di-
st. Vaquez in 1. part. Tomus I.

tur, & recentiores aliqui Thomistæ, qui sine non dicunt sine habitū luminis, & qualitate permanentē id fieri non posse, sed saltem sine lumine aliquo, quo sit qualitas à visione ipsa distincta, & recepta in intellectu, etiam si transeat per modum passionis, qualem putant in paulo fuisse, quando dicitur vidisse Deum: eorum etiam sententiam paucis indicat Caietanus in hoc art. 5 ad 3. Scotti, & ad 2. Durandi.

Deinde latentur visionem ipsam sub ratione cuiusdam qualitatis, posse ad Deo produci sine illo lumine, quod fit qualitas ab ipsa visione distincta, per illam tamen visionem intellectum non posse obiectum videre: vtrum vero à solo Deo sic possit produci, an etiam simul cum intellectu, non definiunt, iunt autem visionem, quæ reddit intellectum videntem, non posse ab intellectu sine lumine aliquo, vt explicatum est, peculiarialiquo Dei concursu adiuvante produci.

Probatum hæc opinio primum: ita est de ratione
vitalis operationis ab intrinseco principio eius, in
quo manet, producti, vtiliud nullo modo à Deo
suppleri possit: quod si suppleat, operatio illa non
habet rationem actus vitalis, sed qualitatís cu-
iusdam: atqui lumen, quod est principium visio-
nis, est interuim principium illius, ergo luminis
efficacitas non potest à Deo suppleri, aut si sup-
pleatur, visio illa solum manebit sub ratione cu-
iusdam qualitatís, non vitalis operationis.

Præterea, si Deus suppleret virtutem illius qualitatibus, et luminis, intellectus aut Deum referretur, non in secunda causa, cuius est operari per formam sibi inhaerentem, quæ sit proprium principium operationis, et effectus, sed per instrumentum ad eliciendam visionem: quare Deus esset principalis causa, ergo ipse potius, quam intellectus diceretur, ea visione videre, quod est absurdum: actio enim potius denominatur causam, quam instrumentum. Hac ratione putant recentiores aliqui nostrum intellectum nullo modo assumi posse à Deo per modum instrumenti ad visionem.

CAPVT II.

Verior opinio.

E Go quidem nihil repugnare video, quo minus Deus sua virtute, & concursu specialium intellectuum creato, possit omnem efficacitatem qualitatis supplere, & cum solo intellectu visum fieri producere. Hæc opinio est alaudani in 4. d. 49. q. 1. artic. 3. concl. 2. Thomas de Argentina in q. 2. art. 1. concl. 1. Maioris quæst. 4. eam vero primum hac ratione confirmant. Theologus, & Physicus indubitatum est, omnem efficacitatem formæ agentis solo concursu Dei suppleri posse, & effectui solo Deo proxime posse produci, qui aliqui a secunda causa fieri postulant: excipiunt tamen solum principium operationis vitalis, quatenus vitalis est, hoc enim illi debet esse inactu. Menti, & vi sine illo a solo Deo operari vitalis fieri nequeat, iuxta magis communem Theologorum sententiam, quâ in 1.2. quæstione 3. art. 2. tradimus: quamvis non desint qui etiam hoc genus principij, asserant, a Deo posse suppleri. Ceterum licet hoc fieri nequeat, vt dixi, nullus tamen dubitat, solum Dei concursum & auxilium in locum principij non vitalis posse subrogari, & sine principio in intellectu a quo non habet operatio rationem vitalis, a solo Deo

Secūda pars.

3
Primum :
fundamen-
tum.

Secundum
fundamen-
tum.

i- 4

d. Palud.
t. Argent.
Maur.

1- *Prebatur*
is *primo,*

à Ex communi
 e-ferentia
 n-Dei sup
 lis-pie. e. p. p. p.
 ao conc. p. p. p.
 eo princip
 lle non vitalis.

*A sola poten-
tia, et ab it
operatio ra-
tio sem vita-
lis.*

5

posse operationem produci: lumen autem gloriæ, siue habitus, siue qualitas illa à visione distincta non est principium visionis, prout operatio vitalis est, quia hoc solum habet visio ab intellectu: quod vero sit clara, & talis obiecti, habet à lumine: ergo illius virtutem Deus per se ipsum supplere potest. Neque enim quævis forma inhærens intellectui, aut facultati cognoscenti, ut habitus, seu species est principium cognitionis, quatenus operatio vitalis est: hæc namque qualitates ab extrinseco adveniunt, nec naturæ sunt ipsi viuenti, sicut est facultas cognoscentis, aut appetens: quare ab his facultatibus prouenit ratio vitalis in operatione, non ab alijs qualitatibus.

*Probat se
cundo.
Capreol.*

6

Deinde probatur, Deus potest supplere virtutem speciei intelligibilis, imo Capreolo, & alijs suæ opinionis contententibus, de facto essentia diuina substituitur in locum speciei impressæ, quæ alias inest intellectui ad eliciendam visionem, potest etiam Deus mouere voluntatem sine habitu caritatis, & sine alia qualitate à dilectione distincta: ergo potest virtutem quoque luminis ad eliciendam visionem supplere.

*Prior senten-
tia contraria
docet.*

His rationibus non modo probatur, à solo Deo cum intellectu nostro posse produci visionem essentia diuinæ, quatenus qualitas quædam est, quæ non reddat hominem videntem, hoc enim Doctores prioris sententiæ concedunt: sed etiam prout visio est, & reddit intellectum videntem. Porro, ut late ostendimus in 1.2. q. 3. art. 2. non recte inter se coherant ea, quæ Doctores prioris sententiæ docent, nempe posse visionem à solo Deo cum intellectu produci, ita tamen ut ipsum non reddat videntem, si enim est visio, non potest non effectum suum formalem subiecto, videlicet intellectui tribuere: effectus autem est esse videntem. Quod si hunc effectum non tribuit, signum evidens est, quædam illam non esse visionem, sed aliquid aliud.

*Argumenta
soluuntur.*

Ex dictis autem solum manet prius argumentum prioris sententiæ. Ad posterius vero respondetur, quamuis Deus suppleret efficacitatem luminis, essetque principale agens visionis: intellectus vero solum esset instrumentarium: nihilominus visio non denominatur & principaliter Deum sed intellectum: quinimo nullo modo Deum videntem redderet, aut denominaret: nam & modo non dicitur Deus videntis, cum tamen sit causa visionis; neque solum non principaliter, sed neque villo modo dicitur videntis; ex eo igitur, quod esset principale agens, non denominaretur præcipue à visione; omnino enim accidentarium est, ut agens aliquod denominetur ab actione, esse principale, vel tantum instrumentarium; tamen interdum principale præcipue dominetur. In operatione enim immanenti hoc est peculiariter obseruandum, ut solum agens illud ab operatione denominetur, in quo ipsa operatio recipitur, siue operatio immanens sit formaliter productio, siue sit qualitas, & actio solum (ut aiunt) grammaticalis; hoc itaque genus actionis solum denominat habentem, non producentem; atque adeo in eo casu, etiam si Deus esset principale agens visionis, ab ea non denominaretur, sed solum intellectus, qui esset nihilominus agens instrumentarium; eo quod esset subiectum illius.

*Transseunt
denominant
agens, sed
non omnes.*

In transseuntibus vero aliter accidit; nam illæ actiones denominare solent agentia in quibus non

manent, licet interdum non omnia, sed proxima, & propria veluti generatio, qua vnus homo alium generat quæ est origo viuentis à viuenti, à principio coniuncto in similitudinem naturæ, non denominat Deum, quamuis præcipuus auctor illius sit, non tamen proprius, & proximus; sed solum denominat hominem; hoc vero contingit, quoniam actio connotat peculiarem aliquem respectum, & modum operandi vnus causæ, potius quam alterius; ut in exemplo adducto manifestum est; quo fit, ut homo productus ab homine, & à Deo non dicatur genitus à Deo, nec filius illius, sed ad hominem cuiusque filius proprie nuncupetur.

8

ARTICVLVS VI.

Utrum videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat?

AD Sextum sic proceditur. Videtur, quod videntium essentiam Dei vnus alio perfectius non videat. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est, sed ipse vno modo est. Ergo vno modo videbitur ab omnibus. Non ergo perfectius & minus perfecte.

60
4. dist. 40. q.
2. art. 4. q.
3. contr. 6. 50.

2. Præterea, August. dicit in 1.83. quæst. quod vnā rem non potest vnus alio plus intelligere. Sed omnes videntes Deum per essentiam, intelligunt Dei essentiam. Intellectu enim videtur Deus non sensu: ut supra habitum est. Ergo videntium diuinam essentiam vnus alio non clarius videt.

Lib. 83. quæst.
1.32. in pri.
100. 4.
Art. 3. huius
quæst.

3. Præterea. Quod aliquid altero perfectius videatur, ex duobus contingere potest: vel ex parte obiecti visibilis: vel ex parte potentia visus videntis. Ex parte autem obiecti: per hoc quod obiectum perfectius in vidente recipitur, scilicet secundum perfectiorem similitudinem, quod in proposito locum non habet. Deus enim non per aliquam similitudinem, sed per eius essentiam præfens est intellectui essentiam eius videnti. Relinquitur ergo quod si vnus alio perfectius eum videat; quod hoc sit secundum differentiam potentia intellectus. Et ita sequitur, quod cuius potentia intellectus naturaliter est sublimior, clarius eum videat. Quod est inconueniens, cum hominibus promittatur in beatitudine æqualitas Angelorum.

Sed contra est, quod vita æterna in visione Dei consistit: secundum illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, &c. Ergo si omnes æqualiter Dei essentiam vident in vita æterna, omnes erunt, æquales: cuius contrarium dicit Apost. 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate.

Respondeo dicendum, quod videntium Deum per essentiam vnus alio perfectius eum videbit. Quod quidem non erit

Art. 2. huius
quæst.

erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorem in vno quam in alio: cum illa visio non sit futura per aliquam similitudinem, vt ostensum est. Sed hoc erit per hoc, quod intellectus vnus habebit maiorem virtutem seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen gloriæ, quod intellectum in quadam deiformitate constituit, vt ex superioribus patet. Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit. Plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate: quia vbi est maior charitas, ibi est maius desiderium. Et desiderium quodammodo facit desiderantem aptum, & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius Deum videbit & beator erit.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, videbimus eum sicuti est: hoc aduerbium, sicuti, determinat modum visionis ex parte rei visæ: vt sit sensus: videbimus eum ita esse sicuti est: quia ipsum esse eius videbimus, quod est eius essentia. Non autem determinat modum visionis ex parte videntis: vt sit sensus, quod ita erit perfectus modus videndi: sicut est in Deo perfectus modus essendi.

Et per hoc etiam patet solutio ad secundum. Cum enim dicitur, quod rem vnus alio melius non intelligit, hoc habet veritatem, si referatur ad modum rei intellectæ, quia quicunque intelligit rem esse aliter, quam sit, non vere intelligit: non autem si referatur ad modum intelligendi: quia intelligere vnus est perfectius, quam intelligere alterius.

Ad tertium dicendum, quod diuersitas videndi non erit ex parte obiecti: quia idem obiectum omnibus presentabitur, scilicet Dei essentia: nec ex diuersa participatione obiecti per differentes similitudines, sed erit per diuersam facultatem intellectus, non quidem naturalem, sed gloriofam, vt dictum est.

Notatio circa textum articuli.

Conclusio est: iuxta mensuram charitatis, hoc est meritum, & sanctificationis in hac vita, vnus alio melius Deum videbit. Est satis certa Theologia, tamen nonnullæ sint circa eam difficultates, quæ sequenti disp. examinandæ sunt. Sed antequam ad eam accedamus, hic obiter ex doctrina art. 2. paucis explicandum est, quid velit Doctor Angelicus, cum asserit, inæqualitatem visionum Dei in Beatis non provenire ex diuersitate specierum, per quas Deus videatur, sed luminis, quod non eodem modo Beatis communicatur. Hic ergo non negat speciem impressam, ex parte intellectus

ad videndum, quam probabimus esse lumen ipsum: sed speciem: qua prius visa Deus videatur, vt disp. 39. explicauimus; atque hac ratione merito negat, Deum inæqualiter à Beatis videri, ex eo quod inæquales forment species ipsius Dei: quæ prius visæ, faciant Deum videri: per has enim Deus non videtur, vt late ibi etiam probauimus. Tota igitur ratio inæqualitatis provenit ex parte luminis, quo instruitur intellectus, vt visionem eliciat: nam secundum quod varie lumine ipso roboratur, varie etiam visionem elicit, vt sequenti disp. cap. 2. fusius ostendemus.

DISPVT. XLVII.

An Deus æque à Beatis videatur.

Statuitur contra hereticos Catholica veritas. c. 1.

Expenduntur tres alij Scripturæ loci, quibus hac eadem veritas probari solet. cap. 2.

Quid patres sentiant de parabola operariorum. Matthei 20. cap. 3.

Explicatur parabola ex propria sententia, & satisficit argumento Iouiniani. c. 4.

Primum argumentum contra doctrinam Catholicam soluitur. cap. 5.

Diluitur argumentum contra eandem doctrinam. c. 6.

CAPVT I.

Statuitur contra hereticos Catholica veritas.

Hæresis fuit Iouiniani, vt scribit Hieron. lib. 2. contra ipsum, asserentis, paria esse omnia præmia Beatorum & merita; ac proinde Deum perfectius ab vno, quam ab alio non videri. Sic ille docuit tempore Siricij Papæ, vt testantur Alphonfus de Castro aduersus hæreses verbo, Beatitudo hærese 7. & Sanderus lib. 7. de visibili monarchia hærese 87. nam, vt ait idem Alphonfus, sub Damaso fuit monachus, sub Siricio monachatum reijciens, prædictum errorem docuit: an vero idem senserit de æqualitate peccatorum, dicemus in 1. 2. quæst. 73. art. 2. Dam-natus est hic error in Concilio Thelensi sub Siricio Papa in epistola Concilij ad ipsum, quæ est 81. inter epistolas Ambrosij, qui huic interfuit Concilio: & in Concilio Florent. sub Eugenio 4. sessione vltima in literis vnionis fuit quoque Catholica veritas definita: videlicet iuxta meritum distinctionem varie etiam Dei essentiam à Beatis videri: quomodo autem in ipsa indiuidua visione varietas hæc possit assignari, cap. vlt. plenius explicabitur.

Contra Iouinianum scripserunt ex Patribus optime Hieron. in eo dialogo, & August. lib. de sancta virginitate. ex recentioribus autem Alphonfus de Castro loco citato: eiusque errorem multis Scripturæ testimonijs refellit Hieronymus, ex quibus al-quos adducemus.

Primus locus sit Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vbi abundans præmij retributio abundanti merito responderet, & minor minori.

Secundus locus Vnicuique autem nostrum ita est, gratia secundum mensuram donationis Christi: vbi non est dubium Apostolum loqui de varijs donis gratiæ, quæ Christus, prout sibi placuit, tanquam es-pot, membris suæ Ecclesiæ distribuit: nec omnibus idem omnino munus communicauit; sed vt inquit

Explicatur
S. Thom.